Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Imò Dux non obscurè fatetur, Holt-Bainerum non
esse in Ducatu captum, dum præpuè de eo conqueritur
in ipso Recessu Landtsbutano et passim in aliis, qd
captiuus sit ductus per territorium Ducatus Bauariæ
in Comitatum Ortenburgensem, cuius tamen rei
impetrans se ut Comitem Imperij in possessione esse con=
tendit, et id se probaturum in causa principali etiam
Ducis Prefectorum, qui ante modernum fuerunt, missi=
uis pollicetur. Imò quod plus est ueteres Prefectos
subditos Ducis Bauariæ ad instantiam Comitum
in similibus casibus, in comitatum remisisse punien=
dos, Itaq; sufficienter edoctum putamus Ducem
in 2do et 4to puactis Ius dicisse extra territorium.

Secunda quia sententia lata est extra parem, par
autem Iudex esse non potest, et par in parem
nullam Iurisdictionem habet. Sic Iure ciuili Con=
suli in consulem, Prtori in Prtorem nõ competebat ulla
Iurisdictio, sed principale auxilium implorandũ erat.
l. 14 ff de Iurisdict. omniũ iud. l. 2. ff. de in Ius voc.
l. illa à qua 13 § tempestiuũ ff ad Trebel. Zas. l. 1. §
ueteres n° 9 et glos. ibidem ff de acquirenda possess.
eodem modo Status in Statum uel eius subditos non
habet Iurisdictionem, cum oes ab uno eodemq; Impera=
re parem Iurisdictionẽ et respectiuè dignitatem acce=
perint: Solius ergo Imperatoris auxilium in eiusmodi
casibus implorandum est, uel ab ipso, uel in Camera,
uel uigore Ordinis Austrãg prout casus ferunt: sed hæc
si non obtinebunt Status in Statum contempta uni=
uersali

Sine con
Iudic